

Corso di *Letteratura latina*

a.a. 2019-2020

Prof.ssa STEFANIA SANTELIA

Quare, cum et operam et diligentiam desiderarent ea, quae pro-  
 posuimus, nec exigua cura foris acquirerentur, quae domi custodi-  
 ri oporteret, iure, ut dixi, natura comparata est [opera] mulieris ad  
 domesticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forensem  
 et extraneam; itaque viro calores et frigora perpetienda, tum  
 etiam itinera et labores pacis ac belli, id est rusticationis et milita-  
 rium stipendiorum, deus tribuit. Mulieri deinceps, quod omni-  
 bus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda  
 tradidit, et, quoniam hunc sexum custodiae et diligentiae adsigna-  
 verat, idcirco timidior reddidit quam virilem; nam metus pluri-  
 mum confert ad diligentiam custodiendi. Quod autem neces-  
 erat foris et in aperto victum quaerentibus nonnunquam iniuriam  
 propulsare, idcirco virum quam mulierem fecit audacior.

*Columella, L'arte  
 dell'agricoltura 12.3*

Hospes, quod deico, paulum est, asta ac pellege.  
 Hic est sepulcrum hau pulchum pulcrae feminae.  
 Nomen parentes nominarunt Claudiam.  
 Suom mareitum corde dilexit souo.  
 Gnatos duos creavit. Horunc alterum  
 in terra linquit, alium sub terra locat.  
 Sermone lepido, tum autem incessu commodo.  
 Domum servavit. Lanam fecit. Dixi. Abei.  
 (CIL I<sup>2</sup>, 1211)

**trascrizione in latino "classico":**

Hospes, quod dico, paulum est, adsta ac pellege.  
 Hic est sepulchrum haud pulchrum pulchrae feminae.  
 Nomen parentes nominarunt Claudiam.  
 Suum maritum corde dilexit suo.  
 Natos duos creavit. Horum alterum  
 in terra linquit, alium sub terra locat.  
 Sermone lepido, tum autem incessu commodo.  
 Domum servavit. Lanam fecit. Dixi. Abi.

Hic sita est Amymone Marci optima et pulcherrima,  
 lanifica pia pudica frugi casta domiseda.

CLE 237

Omnia quae longo uitae cupiuntur in aeo  
 Ante quater plenum consumpsit Anicia lustrum.  
 Infans lactauit, pubes et uirgo adoleuit,  
 Nupsit concepit peperit iam mater obiuit.  
 5 Quis mortem accuset, quis non accuset in ista?  
 Aetatis meritis anus est, aetate puella.

*Anonimo, epigr. 13*

[3] Nec alio robore animi praeditus fuit Pontius Aufidianus eques  
 Romanus, qui, postquam conperit filiae suae virginitatem a paedagogo pro-  
 ditam Fannio Saturnino, non contentus sceleratum servum adfecisse sup-  
 plicio etiam ipsam puellam necavit. Ita ne turpes eius nuptias celebraret,  
 acerbas exequias duxit.

[4] Quid P. Maenius, quam severum pudicitiae custodem egit! In  
 libertum namque gratum admodum sibi animadvertit, quia eum nubilis  
 iam aetatis filiae suae osculum dedisse cognoverat, cum praesertim non  
 libidine, sed errore lapsus videri posset. Ceterum amaritudine poenae te-  
 neris adhuc puellae sensibus castitatis disciplinam ingenerari magni aesti-  
 mavit eique tam tristi exemplo praecepit ut non solum virginitatem inli-  
 batam, sed etiam oscula ad virum sincera perferret.

[6] Dicerem censorium virum nimis atrocem extitisse, nisi P. Atilium  
 Philiscum in pueritia corpore quaestum a domino facere coactum tam se-  
 verum postea patrem cernerem: filiam enim suam, quia stupri se crimine  
 coinquinaverat, interemit. Quam sanctam igitur in civitate nostra pudici-  
 tiam fuisse existimare debemus, in qua etiam institores libidinis tam se-  
 veros eius vindices evanisse animadvertimus?

*Valerio Massimo 6.1.3-4; 6*

(1)

[10] Horridum C. quoque Sulpicii Galli maritale supercilium: nam uxorem dimisit, quod eam capite aperto foris versatam cognoverat, absca sententia, sed tamen aliqua ratione munita: « Lex enim » inquit « tibi meos tantum praefinit oculos, quibus formam tuam adprobes. His decoris instrumenta compara, his esto speciosa, horum te certiori crede notitiae. Ulterior tui conspectus supervacua irritatione arcessitus in suspicione et crimine haereat necesse est ».

[11] Nec aliter sensit Q. Antistius Vetus repudiando uxorem, quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat: nam, ut ita dicam, incunabulis et nutrimentis culpa, non ipsa conmotus culpa citiorem delicto praebuit ultionem, ut potius caveret iniuriam quam vindicaret.

[12] Iungendus est his P. Sempronius Sophus, qui coniugem repudii nota adfecit, nihil aliud quam se ignorante ludos ausam spectare. Ergo, dum sic olim feminis occurritur, mens earum a delictis aberat.

Valerio Maximo 6.3.10-12

Vini usus olim Romanis feminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur, quia proximus a Libero patre intemperantiae gradus ad inconcessam venerem esse consuevit.

2.1.5

Verba Marci Catonis adscripta ex oratione quae inscribitur *De Dote*, in qua id quoque scriptum est, in adulterio uxores deprehensas ius fuisse maritis necare: « Vir », inquit, « cum divortium fecit, mulieri iudex pro censore est, imperium, quod videtur, habet, si quid perverse taetrique factum est a muliere; multatur, si vinum bibit; si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur ». De iure autem occidendi ita scriptum: « In adulterio uxorem tuam siprehendisses, sine iudicio in punie necares; illa te, si adulterares sive tu adulterarer, digito non auderet contingere, neque ius est ».

Aulo Gellio Notti atticae  
10.23.4-5

Non licebat id feminis Romae bibere. Invenimus inter exempla Egnati Maetenni uxorem, quod vinum bibisset e dolio, interfectam fusti a marito, eumque caedis a Romulo absolutum. Fabius Pictor in annalibus suis scripsit matronam, quod loculos in quibus erant claves cellae vinariae resignavisset, a suis inedia mori coactam, Cato ideo propinquos feminis osculum dare, ut scirent an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat, unde et temulentia appellata. Cn. Domitius iudex pronuntiavit mulierem videri plus vini bibisse quam valitudinis causa, viro insciente, et dote multavit. Diuque eius rei magna parsimonia fuit.

Plinio Storia naturae

14.89-90

[57, 1] Ardeam Rutuli habebant, gens ut in ea regione atque in ea aetate divitiis praepollens, eaque ipsa causa belli fuit, quod rex Romanus cum ipse ditari, exhaustus magnificentia publicorum operum, tum praeda delentare popularium animos studebat, [2] praeter aliam superbiam regno infestos etiam quod se in fabrorum ministeriis ac servili tam diu habitos opere ab rege indignabantur. [3] Temptata res est, si primo impetu capi Ardea posset; ubi id parum processit, obsidione munitionibusque coepti premi hostes.

[4] In his stativis, ut fit longo magis quam acri bello, satis liberi commeatus erant, primoribus tamen magis quam militibus; [5] regii quidem iuvenes interdum otium conviviis comissionibusque inter se terebant. [6] Forte potantibus his apud Sex. Tarquinium, ubi et Collatinus cenabat Tarquinus, Egerii filius, incidit de uxoribus mentio; suam quisque laudare miris modis. [7] Inde certamine accenso Collatinus negat verbis opus esse: paucis id quidem horis posse sciri, quantum ceteris praestet Lucretia sua. « Quin, si vigor iuventae inest, conscendimus equos invisimusque praesentes nostrarum ingenia? Id cuique spectatissimum sit, quod in necopinato viri adventu occurrerit oculis ». [8] Incaluerant vino; « Age sane! » omnes; citatis equis avolant Romam. Quo cum primis se intendentibus tenebris pervenissent, pergunt inde Collatiam, [9] ubi Lucretiam haudquam ut regias nurus, quas in convivio luxuque cum aequalibus viderant tempus terentes, sed nocte sera deditam lanuae inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem inveniunt. [10] Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adveniens vir Tarquiniique excepti benigne; victor maritus comiter invitat regios iuvenes. Ibi Sex. Tarquinium mala libido Lucretiae per vim stuprandae capit; cum forma tum spectata castitas incitat. [11] Et tum quidem ab nocturno iuvenali ludo in castra redeunt.

[4] Ubi obstinatum videbat et ne mortis quidem metu inclinari, addit ad metum dedecus; cum mortua iugulatum servum nudum positurum ait, ut in sordido adulterio necata dicatur. [5] Quo terrore cum vicisset obstinatum pudicitiam velut victrix libido, profectusque inde Tarquinius ferox expugnato decore muliebri esset, Lucretia maesta tanto malo nuntium Romam eundem ad patrem Ardeamque ad virum mittit, ut cum singulis fidelibus amicis veniant; ita facto maturatoque opus esse; rem atrocem incidisse. [6] Sp. Lucretius cum P. Valerio Volesi filio, Collatinus cum L. Iunio Bruto venit, cum quo forte Roman rediens ab nuntio uxoris erat conventus. Lucretiam sedentem maestam in cubiculo inveniunt. [7] Adventu suorum lacrimae obortae, quaerentique viro « Satin salve? » « Minime » inquit; « quid enim salvi est mulieri amissa pudicitia? Vestigia viri alieni, Collatine, in lecto sunt tuo; ceterum corpus est tantum violatum, animus insons; mors testis erit. Sed date dexteram fidemque haud impune adultero fore. [8] Sex. est Tarquinius, qui hostis pro hospite priore nocte vi armatus mihi sibi que, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium ». [9] Dant ordine omnes fidem; consolantur aegram animi avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti: mentem peccare, non corpus, et unde consilium afuerit culpam abesse. [10] « Vos » inquit « videritis quid illi debeatur: ego me etsi peccato absolvo, supplicio non libero; nec ulla deinde impudica Lucretiae exemplo vivet ». [11] Cultrum, quem sub veste abditi- tum habebat, eum in corde defigit, prolapsaque in vulnus moribunda cecidit. [12] Conclamat vir paterque.

[59, 1] Brutus, illis luctu occupatis, cultrum ex vulnere Lucretiae extractum manantem cruore prae se tenens, « Per hunc » inquit « castis- simum ante regiam iniuriam sanguinem iuro, vosque, dii, testes facio me L. Tarquinium Superbum cum scelerata coniuge et omni liberorum stirpe ferro, igni, quacumque dehinc vi possim exsecuturum, nec illos nec alium quemquam regnare Romae passurum ».

*Livio Storia di Roma*

*1,57,1 - 59,1*

Threicius Tereus haec auxiliariis armis  
 fuderat et clarum uincendo nomen habebat; 425  
 quem sibi Pandion opibusque uirisque potentem  
 et genus a magno ducentem forte Gradiuo  
 conubio Procnes iunxit. non pronuba Iuno,  
 non Hymenaeus adest, non illi Gratia lecto;  
 Eumenides tenuere faces de funere raptas, 430  
 Eumenides strauere torum, tectoque profanus  
 incubuit bubo thalamique in culmine sedit.  
 hac aue coniuncti Procne Tereusque, parentes  
 hac aue sunt facti. gratata est scilicet illis  
 Thracia, disque ipsi grates egere diemque, 435  
 quaque data est claro Pandione nata tyranno  
 quaque erat ortus Itys, festam iussere uocari;  
 usque adeo latet utilitas!

Iam tempora Titan  
 quinque per autumnos repetiti duxerat anni,  
 cum blandita uiro Procne 'si gratia' dixit 440  
 'ulla mea est, uel me uisendae mitte sorori,  
 uel soror huc ueniat. redituram tempore paruo  
 promittes socero; magni mihi muneris instar  
 germanam uidisse dabis.' iubet ille carinas  
 in freta deduci ueloque et remige portus 445  
 Cecropios intrat Piraeaque litora tangit.  
 ut primum soceri data copia, dextera dextrae  
 iungitur et fausto committitur omine sermo.  
 coeperat aduentus causam, mandata referre  
 coniugis et celeres missae spondere recursus: 450  
 ecce uenit magno diues Philomela paratu,

diuitior forma; quales audire solemus  
 Naidas et Dryadas mediis incedere siluis,  
 si modo des illis cultus similesque paratus.  
 non secus exarsit conspecta uirgine Tereus 455  
 quam si quis canis ignem supponat aristas  
 aut frondem positasque cremet faenilibus herbas.  
 digna quidem facies, sed et hunc innata libido  
 exstimulat, pronumque genus regionibus illis  
 in Venerem est; flagrat uitio gentisque suoque. 460  
 impetus est illi comitum corrumpere curam  
 nutricisque fidem, nec non ingentibus ipsam  
 sollicitare datis totumque impendere regnum,  
 aut rapere et saeuo raptam defendere bello;  
 et nihil est quod non effreno captus amore 465  
 ausit, nec capiunt inclusas pectora flammis.

iamque moras male fert cupidoque reuertitur ore  
 ad mandata Procnes et agit sua uota sub illa.  
 facundum faciebat amor, quotiensque rogabat  
 ulterius iusto, Procnen ita uelle ferebat; 470  
 addidit et lacrimas, tamquam mandasset et illas.  
 pro superi, quantum mortalia pectora caecae  
 noctis habent! ipso sceleris molimine Tereus  
 creditur esse pius laudemque a crimine sumit. 474  
 quid quod idem Philomela cupit patriosque lacertis  
 blanda tenens umeros, ut eat uisura sororem,  
 perque suam contraque suam petit ipsa salutem.  
 spectat eam Tereus praecontractatque uidendo,  
 osculaque et collo circumdata brachia cerniens  
 omnia pro stimulis facibusque ciboque furoris 480

accipit; et quotiens amplectitur illa parentem,  
 esse parens uellet. (neque enim minus impius esset!)  
 uincitur ambarum genitor prece; gaudet agitque  
 illa patri grates et successisse duabus  
 id putat infelix, quod erit lugubre duabus. 485

Iam labor exiguus Phoebos restabat equique  
 pulsabant pedibus spatium decliuis Olympi.  
 regales epulae mensis et Bacchus in auro  
 ponitur; hinc placido dantur sua tempora somno.  
 at rex Odrysius, quamuis secessit, in illa 490  
 aestuat et, repetens faciem motusque manusque,  
 qualia uult fingit quae nondum uidit et ignes  
 ipse suos nutrit cura remouente soporem.  
 lux erat, et generi dextram complexus euntis  
 Pandion comitem lacrimis commendat obortis: 495  
 'hanc ego, care gener, quoniam pia causa coegit  
 et uolueret ambae (uoluisti tu quoque, Tereu),  
 do tibi perque fidem cognataque pectora supplex,  
 per superos oro, patrio ut tuearis amore  
 et mihi sollicitae lenimen dulce senectae 500  
 quam primum (omnis erit nobis mora longa)  
 remittas.

tu quoque quam primum (satis est procul esse  
 sororem),  
 si pietas ulla est, ad me, Philomela, redito.  
 mandabat pariterque suae dabat oscula natae,  
 et lacrimae mites inter mandata cadebant. 505

(4)

utque fide pignus dextras utriusque poposcit  
inter seque datas iunxit natamque nepotemque  
absentes pro se memori rogat ore salutent,  
supremumque 'uale' pleno singultibus ore  
uix dixit timuitque suae praesagia mentis. 510

Vt semel imposita est pictae Philomela carinae  
admotumque fretum remis tellusque repulsa est,  
'uicimus!' exclamat 'mecum mea uota feruntur'  
[exultatque et uix animo sua gaudia differt]  
barbarus et nusquam lumen detorquet ab illa, 515  
non aliter quam cum pedibus praedator obuncis  
deposuit nido leporem Iouis ales in alto;  
nulla fuga est capto, spectat sua praemia raptor.  
iamque iter effectum iamque in sua litora fessis  
puppibus exierant, cum rex Pandione natam 520  
in stabula alta trahit, siluis obscura uetustis,  
atque ibi pallentem trepidamque et cuncta timentem  
et iam cum lacrimis ubi sit germana rogantem  
includit fassusque nefas et uirginem et unam  
ui superat, frustra clamato saepe parente, 525  
saepe sorore sua, magnis super omnia diuis.  
illa tremit uelut agna pauens quae saucia cani  
ore excussa lupi nondum sibi tuta uidetur,  
utque columba suo madefactis sanguine plumis 529  
horret adhuc auidosque timet quibus haeserat ungues.

mox ubi mens rediit, passos laniata capillos,  
[lugenti similis, caesis plangore lacertis,]  
intendens palmas 'o diris barbare factis,  
o crudelis' ait, 'nec te mandata parentis  
cum lacrimis mouere piis nec cura sororis 535  
nec mea uirginitas nec coniugialia iura?  
[omnia turbasti; paelex ego facta sororis,  
tu geminus coniunx, hostis mihi debita poena.]  
quin animam hanc, ne quod facinus tibi, perfide,  
restet,  
eripis? atque utinam fecisses ante nefandos 540  
concubitus; uacuas habuissem criminis umbras.  
si tamen haec superi cernunt, si numina diuum  
sunt aliquid, si non perierunt omnia mecum,

quandocumque mihi poenas dabis. ipsa pudore  
proiecto tua facta loquar. si copia detur, 545  
in populos ueniam; si siluis clausa tenebor,  
implebo siluas et conscia saxa movebo.  
audiet haec aether et si deus ullus in illo est.  
talibus ira feri postquam commota tyranni 549  
nec minor hac metus est, causa stimulatus utraque,  
quo fuit accinctus uagina liberat ensem  
arreptamque coma flexis post terga lacertis  
uincla pati cogit. iugulum Philomela parabat  
spemque suae mortis uiso conceperat ense;  
ille indignantem et nomen patris usque uocantem 555  
luctantemque loqui comprehensam forcipe linguam  
abstulit ense fero. radix micat ultima linguae,  
ipsa iacet terraeque tremens immurmurat atrae,  
utque salire solet mutilatae cauda colubrae,  
palpitat et moriens dominae uestigia quaerit. 560  
hoc quoque post facinus (uix ausim credere) fertur  
saepe sua lacerum repetisse libidine corpus.  
sustinet ad Procnen post talia facta reuerti,  
coniuge quae uiso germanam quaerit; at ille  
dat gemitus fictos commentaque funera narrat, 565  
et lacrimae fecere fidem. uelamina Procne  
deripit ex umeris auro fulgentia lato  
induiturque atras uestes et inane sepulcrum  
constituit falsisque piacula manibus infert  
et luget non sic lugendae fata sororis. 570

Signa deus bis sex acto lustrauerat anno;  
quid faciat Philomela? fugam custodia claudit,  
structa rigent solido stabulorum moenia saxo,  
os mutum facti caret indice. grande doloris  
ingenium est, miserisque uenit sollertia rebus. 575  
stamina barbarica suspendit callida tela  
purpureasque notas filis intexuit albis,  
indicium sceleris, perfectaue tradidit uni,  
utque ferat dominae, gestu rogat. illa rogata

pertulit ad Procnen; nescit quid tradat in illis. 580  
euoluit uestes saeui matrona tyranni  
germanaeque suae carmen miserabile legit  
et (mirum potuisse) silet. dolor ora repressit,  
uerbaque quaerenti satis indignantia linguae  
defuerunt; nec flere uacat, sed fasque nefasque 585  
confusura ruit poenaeque in imagine tota est.

Tempus erat quo sacra solent trieterica Bacchi  
Sithoniae celebrare nurus. nox conscia sacris,  
nocte sonat Rhodope tinnitibus aeris acuti,  
nocte sua est egressa domo regina deique 590  
ritibus instruitur furialiaque accipit arma.  
uite caput tegitur, lateri ceruina sinistro  
uellera dependent, umero leuis incubat hasta.  
concita per siluas turba comitante suarum  
terribilis Procne furiisque agitata doloris, 595  
Bacche, tuas simulat. uenit ad stabula auia tandem  
exululatque euhoeque sonat portasque refringit  
germanamque rapit raptaeque insignia Bacchi  
induit et uultus hederarum frondibus abdit  
attonitamque trahens intra sua moenia ducit. 600

Vt sensit tetigisse domum Philomela nefandam,  
horruit infelix totoque expalluit ore.  
nacta locum Procne sacrorum pignora demit  
oraeque deuelat miserae pudibunda sororis  
amplexumque petit; sed non attollere contra 605

sustinet haec oculos, paelex sibi uisa sororis,  
deiectoque in humum uultu iurare uolenti  
testarique deos per uim sibi dedecus illud  
inlatum, pro uoce manus fuit. ardet et iram  
non capit ipsa suam Procne fletumque sororis 610  
corripiens 'non est lacrimis hoc' inquit 'agendum,  
sed ferro, sed si quid habes, quod uincere ferrum  
possit. in omne nefas ego me, germana, paraui:  
aut ego, cum facibus regalia tecta cremabo,  
artificem mediis immittam Terea flammis, 615  
aut linguam atque oculos et quae tibi membra  
pudorem

abstulerunt ferro rapiam, aut per uulnera mille  
sontem animam expellam. magnum quodcumque  
paraui;

quid sit, adhuc dubito.' peragit dum talia Procne,  
ad matrem ueniebat Itys; quid possit, ab illo 620  
admonita est oculisque tuens immitibus 'a! quam  
es similis patri' dixit; nec plura locuta  
triste parat facinus tacitaque exaestuat ira.  
ut tamen accessit natus matrique salutem  
attulit et paruus adduxit colla lacertis 625  
mixtaque blanditiis puerilibus oscula iunxit,  
mota quidem est genetrix infractaque constitit ira  
inuitique oculi lacrimis maduere coactis.  
sed simul ex nimia mentem pietate labare  
sensit, ab hoc iterum est ad uultus uersa sororis 630  
inque uicem spectans ambo 'cur admouet' inquit  
'alter blanditias, rapta silet altera lingua?

quam uocat hic matrem, cur non uocat illa sororem?  
cui sis nupta uide, Pandione nata, marito:  
degeneras; scelus est pietas in coniuge Terei.' 635

Nec mora, traxit Ityn, ueluti Gangetica ceruae  
lactentem fetum per siluas tigris opacas;  
utque domus altae partem tenuere remotam,  
tendentemque manus et iam sua fata uidentem  
et 'mater, mater' clamantem et colla petentem 640  
ense ferit Procne, lateri qua pectus adhaeret,  
nec uultum uertit. satis illi ad fata uel unum  
uulnus erat; iugulum ferro Philomela resoluit,  
uiuaque adhuc animaeque aliquid retinentia membra  
dilaniant. pars inde cauis exsultat aenis, 645  
pars ueribus stridunt; manant penetralia tabo.  
his adhibet coniunx ignarum Terea mensis  
et patrii moris sacrum mentita, quod uni  
fas sit adire uiro, comites famulosque remouit.  
ipse sedens solio Tereus sublimis auito 650  
uescitur inque suam sua uiscera congerit aluum;  
tantaque nox animi est, 'Ityn huc accersite' dixit.  
dissimulare nequit crudelia gaudia Procne;  
iamque suae cupiens existere nuntia cladis

6

posse loqui et meritis testari gaudia dictis. 660  
Thracius ingenti mensas clamore repellit  
uipereasque ciet Stygia de ualle sorores;  
et modo, si posset, reserato pectore diras  
egerere inde dapes semesaue uiscera gestit,  
flet modo seque uocat bustum miserabile nati, 665  
nunc sequitur nudo genitas Pandione ferro.  
corpora Cecropidum pennis pendere putares;  
pendebant pennis! quarum petit altera siluas,  
altera tecta subit; neque adhuc de pectore caedis  
excessere notae, signataque sanguine pluma est. 670  
ille dolore suo poenaeque cupidine uelox  
uertitur in uolucrum, cui stant in uertice cristae,  
prominet immodicum praelonga cuspide rostrum.  
[nomen epops uolucris, facies armata uidetur.]

Aislio Metamorphosi

6,424-674

7



44 Sequitur aliud in urbe nefas, ab libidine ortum, haud minus foedo euentu quam quod per stuprum caedemque

Lucretiae urbe regnoque Tarquinius expulerat, ut non finis solum idem decemuiris, qui regibus sed causa etiam eadem imperii amittendi esset. Ap. Claudium uirginis plebeiae stuprandae libido cepit. Pater uirginis, L. Verginius, honestum ordinem in Algido ducebat, uir exempli recti domi militiaeque. Perinde uxor instituta fuerat liberique instituebantur. Desponderat filiam L. Icilio tribunicio, uiro acri et pro causa plebis expertae uirtutis. Hanc uirginem adultam forma excellentem Appius amore amens pretio ac spe perlicere adortus, postquam omni apudore saepta animaduerberat, ad crudelem superbamque uim animum conuertit. M. Claudio clienti negotium dedit, ut uirginem in seruitutem adsereret neque cederet secundum libertatem postulantibus uindicias, quod pater puellae abesset locum iniuriae esse ratus. Virgini uenienti in forum—ibi namque in tabernaculis litterarum ludi erant—minister decemuiri libidinis manum iniecit, serua sua natam seruamque appellans; se sequi iubebat: cunctantem ui abstracturum. Pauida puella stupente, ad clamorem nutricis fidem Quiritium implorantis fit concursus; Vergini patris sponsique Icili populari nomen celebrabatur. Notos gratia eorum, turbam indignitas rei uirgini conciliat. Iam a ui tuta erat, cum adsertor nihil opus esse multitudine concitata ait; se iure grassari, non ui. Vocat puellam in ius, auctoribus qui aderant ut sequeretur: ad tribunal Appi peruentum est. Notam iudici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumenti, peragit: puellam domi suae natam furtoque inde in domum Vergini translata suppositam ei esse; id se iudicio compertum adferre probaturumque uel ipso Verginio iudice, ad quem maior pars iniuriae eius pertineat; interim

Seguì nell'Urbe un altro misfatto, originato dalla libidine, il quale ebbe un esito non meno funesto di quello che,

in conseguenza dello stupro e del suicidio di Lucrezia, aveva portato alla cacciata dei Tarquini dalla città e dal regno, di modo che non soltanto la fine dei decemviri fu identica a quella dei re, ma identica fu anche la causa della caduta del loro potere. Appio Claudio fu preso dalla libidine di possedere una fanciulla plebea.<sup>2</sup> Il padre della fanciulla, Lucio Virginio, uomo di esemplare rettitudine in pace e in guerra, comandava con onore una centuria sull'Algido. Nello stesso modo era stata educata sua moglie e venivano educati i suoi figli. Egli aveva promesso la figlia in sposa all'ex tribuno Lucio Icilio, uomo risoluto e di provato coraggio nelle lotte a favore della plebe. Appio, folle d'amore, dopo aver tentato di sedurre con denaro e con promesse questa fanciulla, già in età da marito e di straordinaria bellezza, quando s'avvide che ogni via gli era preclusa dal suo pudore, pensò di ricorrere a una crudele e tirannica violenza. Egli affidò al suo cliente<sup>3</sup> Marco Claudio l'incarico di reclamare la fanciulla come sua schiava<sup>4</sup> e di non cedere a coloro che ne chiedessero la libertà provvisoria,<sup>5</sup> ritenendo di poter commettere questo sopruso dato che il padre della fanciulla era assente. Mentre costei si recava al Foro - ché ivi si trovavano dei padiglioni adibiti a scuole - il complice della libidine del decemviro le mise addosso le mani<sup>6</sup> dichiarandola schiava nata da una sua schiava, e le ordinava di seguirlo: che se avesse opposto resistenza l'avrebbe trascinato via con la forza. La povera fanciulla rimase sbigottita, mentre alle grida della nutrice che invocava l'aiuto dei Quiriti accorreva una gran folla; i nomi di Virginio, il padre, e del fidanzato Icilio, cari al popolo, correvano sulle bocche di tutti. Il favore di cui essi godevano conciliava alla fanciulla la simpatia dei conoscenti, l'indegnità del fatto quella della moltitudine. Già essa era al sicuro dalla violenza, quando colui che ne rivendicava la proprietà gridò che non c'era nessun bisogno che la folla si agitasse: egli agiva secondo il suo diritto, non per via di violenza. Così dicendo cita la fanciulla in giudizio. Consigliandola i presenti di seguirlo, si giunge al tribunale di Appio. Il richiedente espone al giudice la storia che gli era ben nota, poiché proprio lui aveva inventato quella trama: la fanciulla, nata in casa sua, era stata portata di nascosto in casa di Virginio e a costui l'avevano fatta passare per sua; egli ne aveva le prove e lo avrebbe dimostrato anche se il giudice fosse stato lo stesso Virginio, che più di tutti era parte in cau-

11 dominum sequi ancillam aequum esse. Aduocati puellae, cum Verginium rei publicae causa dixissent abesse, biduo adfuturum si nuntiatum ei sit, iniquum esse absentem de  
12 liberis dimicare, postulant ut rem integram in patris aduentum differat, lege ab ipso lata iudicium det secundum libertatem, neu patiatu uirginem adultam famae prius quam libertatis periculum adire.

45 Appius decreto praefatus quam libertati fauerit eam ipsam legem declarare quam Vergini amici postulationi suae praetendant; ceterum ita in ea firmum libertati fore praesidium, si nec causis nec personis uariet. in iis enim qui adserantur in libertatem, quia quiuis lege agere possit, id iuris esse: in ea quae in patris manu sit, neminem esse alium cui dominus  
3 possessione cedat. placere itaque patrem accessiri; interea iuris sui iacturam adsertorem non facere quin ducat puellam sistendamque in aduentum eius qui pater dicatur promittat.  
4 Aduersus iniuriam decreti cum multi magis fremerent quam quisquam unum recusare auderet, P. Numitorius  
5 puellae auus et sponsus Icilius interueniunt; dataque inter turbam uia, cum multitudo Icili maxime interuentu resisti posse Appio crederet, lictor decresse ait uociferantemque  
6 Icilium submouet. Placidum quoque ingenium tam atrox iniuria accendisset. 'Ferro hinc tibi submouendus sum, Appi,' inquit, 'ut tacitum feras quod celari uis. Virginem ego hanc sum ducturus nuptamque pudicam habiturus.  
7 Proinde omnes collegarum quoque lictores conuoca; expediti uirgas et secures iube; non manebit extra domum

8 patris sponsa Icili. Non si tribuniciu auxilium et prouocationem plebi Romanae, duas arces libertatis tuendae, ademistis, ideo in liberos quoque nostros coniugesque  
9 regnum uestrae libidini datum est. Saeuite in tergum et in ceruices nostras: pudicitia saltem in tuto sit. Huic si uis adferetur, ego praesentium Quiritium pro sponsa, Verginius militum pro unica filia, omnes deorum hominumque implorabimus fidem, neque tu istud unquam decretum sine  
10 caede nostra referes. Postulo, Appi, etiam atque etiam  
11 consideres quo progrediare. Verginius uiderit de filia ubi uenerit quid agat; hoc tantum sciat <aliam> sibi si huius iudicium cesserit condicionem filiae quaerendam esse. Me iudicantem sponsam in libertatem uita citius deseret quam

sa; frattanto era giusto che la schiava seguisse il suo padrone. I difensori della fanciulla, dopo aver affermato che Virginio era assente a servizio della Repubblica, che si sarebbe presentato entro due giorni se fosse stato avvertito, e che era ingiusto ch'egli lottasse da lontano per i propri figli, chiesero che la questione fosse lasciata impregiudicata fino all'arrivo del padre, e che a norma della legge da lui stesso presentata concedesse alla fanciulla la libertà provvisoria, e non consentisse che una figliola in età da marito corresse pericolo di perdere il proprio onore prima della propria libertà.

Appio premise una dichiarazione: quanto egli avesse protetto la libertà lo dimostrava proprio quella legge che gli amici di Virginio invocavano a sostegno della loro richiesta; ma la libertà avrebbe trovato in essa una valida tutela a patto che non la si applicasse diversamente a seconda dei casi e delle persone: per coloro, infatti, che venivano dichiarati liberi vigeva tale diritto, poiché ognuno poteva agire conformemente alle leggi; ma nel caso d'una donna ancora sotto la potestà del padre non v'era altra persona cui il padrone dovesse cederne il possesso; egli decideva pertanto che si facesse venire il padre; nel frattempo colui che rivendicava la proprietà della fanciulla non perdeva il diritto di condurla con sé impegnandosi a farla comparire in giudizio all'arrivo di colui al quale se ne attribuiva la paternità.

Contro l'iniquità della sentenza molti fremevano, ma ben pochi osavano protestare, quand'ecco sopraggiungere Publio Numitorio, zio materno<sup>2</sup> della fanciulla, e il fidanzato Icilio; e poiché la folla aveva fatto loro largo, convinta che soprattutto con l'intervento di Icilio sarebbe stato possibile tener testa ad Appio, il littore dichiarò che la sentenza era stata emessa e, nonostante Icilio strepitasse, gli ordinò di allontanarsi. Un'ingiustizia così atroce avrebbe infiammato anche un animo mite. "Appio," egli gridò "col ferro devi allontanarmi di qui per farmi tacere su ciò che vuoi tener segreto. Io intendo sposare questa fanciulla, e voglio avere una sposa illibata. Perciò chiama pure tutti i littori dei tuoi colleghi, fa' tirar fuori le verghe e le scuri: la sposa d'Icilio non rimarrà

fuori della casa di suo padre. Se avete tolto alla plebe romana il sostegno dei tribuni e il diritto di appello, due baluardi per la difesa della libertà, non per questo è stato dato alla vostra libidine pieno potere anche sui nostri figli e sulle nostre donne. Inferite pure sulle nostre schiene e sulle nostre teste: ma sia almeno al sicuro la pudicizia. Se verrà fatta violenza a costei, io invocherò per la mia sposa l'aiuto dei Quiriti qui presenti, Virginio per la sua unica figlia quello dei suoi soldati, noi tutti quello degli dèi e degli uomini, e tu non vedrai mai eseguita la tua sentenza senza il nostro sterminio. Io ti chiedo, Appio, di meditare bene sul passo che stai per compiere. Vedrà Virginio, al suo ritorno, che cosa dovrà fare di sua figlia; questo soltanto sappia, che se cederà alle pretese di costui dovrà cercare un partito per sua figlia. Quanto a me, nel rivendicare la libertà della mia fidanzata mi verrà meno la vita prima della fermezza."

46 fides.' Concitata multitudo erat certamenque instare uidebatur. Lictores Icilium circumsteterant; nec ultra minas  
 2 tamen processum est, cum Appius non Verginiam defendi ab Icilio, sed inquietum hominem et tribunatum etiam  
 3 nunc spirantem locum seditioni quaerere diceret. non praebiturum se illi eo die materiam, sed, ut iam sciret non id petulantiae suae sed Verginio absenti et patrio nomini et libertati datum, ius eo die se non dicturum neque decretum interpositurum: a M. Claudio petiturum ut decederet iure suo uindicarique puellam in posterum diem pateretur;  
 4 quod nisi pater postero die adfuisset, denuntiare se Icilio similibusque Icili neque legi suae latorem neque decemuiro constantiam defore; nec se utique collegarum lictores conuocaturum ad coercendos seditionis auctores: contentum se suis lictoribus fore.

5 Cum dilatum tempus iniuriae esset secessissentque aduocati puellae, placuit omnium primum fratrem Icili filiumque Numitori, impigros iuuenes, pergere inde recta ad portam,  
 6 et quantum adcelerari posset Verginium acciri e castris; in eo uerti puellae salutem, si postero die uindex iniuriae ad tempus praesto esset. Iussi pergunt citatisque equis nuntium ad patrem perferunt. Cum instaret adsertor puellae ut uindicaret sponsoresque daret, atque id ipsum agi diceret Icilius, sedulo tempus terens dum praeciperent iter nuntii  
 8 que paratum ad spondendum Icilio ostendere. Atque ille lacrimabundus 'Gratum est,' inquit; 'crastina die uestra opera utar; sponsorum nunc satis est.' Ita uindicatur Verginia spondentibus propinquis. Appius paulisper moratus ne eius rei causa sedisse uideretur, postquam omissis rebus aliis prae cura unius nemo adibat, domum se recepit collegisque in castra scribit, ne Verginio commeatum dent atque  
 10 etiam in custodia habeant. Improbum consilium seruum, ut debuit, fuit et iam commeatu sumpto profectus Verginius prima uigilia erat, cum postero die mane de retinendo eo nequiquam litterae redduntur.

La folla era in fermento, e pareva imminente un conflitto. I littori avevano circondato Icilio; ma tuttavia non si andò oltre le minacce, benché Appio affermasse che lo scopo di Icilio non era quello di difendere Virginia, bensì quello di trovare, uomo turbolento qual era e ancora tronfio del suo tribunato, il pretesto per una rivolta; egli quel giorno non gliene avrebbe offerta l'occasione; per fargli però ben comprendere che questa concessione non era dovuta alla sua insolenza, ma all'assenza di Verginio, al suo nome di padre e alla libertà, egli quel giorno non avrebbe amministrato la giustizia né emesso sentenze; avrebbe chiesto a Marco Claudio di rinunciare al suo diritto, consentendo che la fanciulla fosse lasciata in libertà provvisoria fino al giorno seguente; se poi il giorno seguente il padre non si fosse presentato, egli dichiarava ad Icilio e ai pari suoi che né il legislatore sarebbe venuto meno alla sua legge né la costanza al decemviro; in ogni caso egli non avrebbe convocato i littori dei suoi colleghi per frenare gli istigatori della rivolta; si sarebbe accontentato dei suoi.

Una volta differito il momento dell'ingiustizia e allontanatisi i difensori della fanciulla, fu deciso innanzi tutto che un fratello di Icilio e un figlio di Numitorio, giovani risoluti, si recassero direttamente alla porta e quan-

to più in fretta potevano facessero venire dal campo Verginio; la salvezza della fanciulla dipendeva proprio da questo, dalla tempestiva presenza, il giorno seguente, del vendicatore dell'ingiuria. Quelli obbediscono prontamente, e a spron battuto portano la notizia al padre. Poiché colui che rivendicava la proprietà della fanciulla chiedeva insistentemente che Icilio ne reclamasse la libertà e desse dei mallevadori, e poiché costui, indugiando a bella posta per far guadagnare cammino ai messi inviati al campo, affermava che proprio a questo stava pensando, mille mani si alzarono dalla folla, e ognuno si dichiarava pronto a farsi mallevadore per Icilio. Ed egli, con le lacrime agli occhi: "Vi ringrazio" disse; "domani ricorrerò al vostro aiuto; ora di mallevadori ve n'è a sufficienza". Così Virginia ottenne la libertà provvisoria con la malleveria dei suoi parenti. Appio, dopo aver indugiato un poco perché non sembrasse ch'egli aveva tenuto udienza esclusivamente per quella faccenda, dal momento che nessuno si presentava poiché tutte le questioni erano state messe da parte nell'interesse di questa sola, si ritirò in casa, e scrisse ai colleghi al campo che non dessero licenza a Verginio e anzi lo tenessero agli arresti. Il malvagio proposito, com'era giusto, arrivò tardi: Verginio, ottenuta la licenza, era già partito al primo turno di guardia<sup>2</sup>, mentre la lettera che recava l'ordine di trattenerlo fu inutilmente recapitata la mattina seguente.

47 At in urbe prima luce cum ciuitas in foro exspectatione erecta staret, Verginius sordidatus filiam secum obsoleta ueste comitantibus aliquot matronis cum ingenti aduocatione in forum deducit. Circumire ibi et prensare homines coepit et non orare solum precariam opem, sed pro debita petere: se pro liberis eorum ac coniugibus cottidie in acie stare, nec alium uirum esse cuius strenue ac fortiter facta in bello plura memorari possent: quid prodesse si, incolumi urbe, quae capta ultima timeantur liberis suis sint patianda? Haec prope contionabundus circumibat homines. Similia his ab

Icilio iactabantur. Comitatus muliebris plus tacito fletu quam ulla uox mouebat. Aduersus quae omnia obstinato animo Appius—tanta uis amentiae uerius quam amoris mentem turbauerat—in tribunal escendit, et ulro querente pauca petitore quod ius sibi pridie per ambitionem dictum non esset, priusquam aut ille postulatum perageret aut Verginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. Quem decreto sermonem praetenderit, forsam aliquem uerum auctores antiqui tradiderint: quia nusquam ullum in tanta foeditate decreti ueri similem inuenio, id quod constat nudum uidetur proponendum, decrese uindicias secundum seruitutem. Primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit; silentium inde aliquamdiu tenuit. Dein cum M. Claudius, circumstantibus matronis, iret adprehendam uirginem, lamentabilisque eum mulierum comploratio excepisset, Verginius intentans in Appium manus, 'Icilio' inquit, 'Appi, non tibi filiam despondi et ad nuptias, non ad stuprum educaui. Placet pecudum ferarumque ritu promisce in concubitus ruere? Passurine haec isti sint nescio: non spero esse passuros illos qui arma habent.'

8 Cum repelleretur adsertor uirginis a globo mulierum circumstantiumque aduocatorum, silentium factum per praec-

48 conem. Decemuir alienatus ad libidinem animo negat ex hesterno tantum conuicio Icili uolentiaque Vergini, cuius testem populum Romanum habeat, sed certis quoque indicis compertum se habere nocte tota coetus in urbe factos esse ad mouendam seditionem. itaque se haud inscium eius dimicationis cum armatis descendisse, non ut quemquam quietum uiolaret, sed ut turbantes ciuitatis otium pro

Nell'Urbe, intanto, allo spuntar del giorno, mentre la cittadinanza stava nel Foro in ansiosa attesa, ecco giungerè Virginio, vestito a lutto<sup>1</sup>, in compagnia della figlia, anch'essa vestita dimessamente, e di alcune matrone, e con un gran seguito di difensori. Qui egli cominciò a fermare la gente, a supplicare a destra e a sinistra, e invocava l'aiuto dei concittadini non solo come un gesto di pietà, ma come un atto doveroso: egli stava a combattere ogni giorno per i loro figli e per le loro spose, né v'era alcun altro di cui si potessero ricordare più eroiche e più audaci azioni di guerra; ma a che giovava, se nella città incolume i figli suoi erano costretti a subire quelle estreme umiliazioni che si devono temere in una città conquistata? Così diceva andando tra la folla, quasi la stesse arringando. Con simili argo-

mentazioni gli faceva eco Icilio. Il corteggio delle donne col suo pianto silenzioso commoveva più di qualsiasi parola. Per tutta risposta Appio - tanta violenta follia piuttosto che amore gli aveva sconvolto la mente - salì con ostinata risolutezza sul tribunale, e mentre il richiedente aveva appena preso la parola per lamentarsi che il giorno innanzi una colpevole condiscendenza avesse impedito di rendergli giustizia prima ch'egli terminasse la sua richiesta e che a Virginio fosse dato modo di replicare, Appio lo interruppe. Può darsi che una delle redazioni in cui ci è stato trasmesso dagli storici antichi il discorso ch'egli premise alla sentenza risponda al vero; ma poiché nessuna mi appare verosimile, tanto fu nefanda la sentenza, credo di dover esporre semplicemente quello che risulta certo, ch'egli cioè si pronunciò per la schiavitù provvisoria della fanciulla. Dapprima la sorpresa destata da una simile atrocità fece allibire tutti; poi per qualche tempo regnò il silenzio. Quindi, quando Marco Claudio si avanzò per prendere la fanciulla tra le matrone circostanti, e fu accolto dal pianto lamentoso delle donne, Virginio, tendendo minacciosamente le mani contro Appio: "A Icilio," gridò "non a te, Appio, ho promesso mia figlia, e l'ho educata per le nozze, non per lo stupro. Si vuol correre agli accoppiamenti a mo' di bestie e di fiere, alla rinfusa? Se costoro lo sopporteranno, non so; ma spero che non lo sopporteranno quelli che possiedono un'arma". Mentre colui che rivendicava la proprietà della fanciulla veniva respinto dalla schiera delle donne e dei difensori circostanti, il banditore intimò il silenzio.

Il decemviro, accecato dalla libidine, disse che non soltanto dalle invettive scagliate il giorno innanzi da Icilio e dalla violenza di Virginio, di cui gli era testimonia il popolo romano, ma da altri sicuri indizi egli sapeva con certezza che per tutta la notte si erano tenuti nella città dei conciliaboli al fine di suscitare una sommossa; perciò, prevedendo quel conflitto, egli era sceso al Foro con degli uomini armati, non già per far violenza ai pacifici cittadini, ma per frenare i perturbatori della quiete pubblica, conforme all'autorità che

11

3 maiestate imperii coerceret. 'Proinde quiesse erit melius. I,' inquit, 'fictor, submoue turbam et da uiam domino ad prehendendum mancipium.' Cum haec intonuisset plenus irae, multitudo ipsa se sua sponte dimouit desertaque praeda  
4 iniuriae puella stabat. Tum Verginius ubi nihil usquam auxilii uidit, 'Quaeso,' inquit, 'Appi, primum ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum inuectus; deinde sinas hic coram uirgine nutricem percontari quid hoc rei sit, ut si falso pater dictus sum aequiore hinc animo discedam.'  
5 Data uenia seducit filiam ac nutricem prope Cloacinae ad tabernas, quibus nunc Nouis est nomen, atque ibi ab lanio cultro arrepto, 'Hoc te uno quo possum,' ait, 'modo, filia, in libertatem uindico.' Pectus deinde puellae transfigit, respectansque ad tribunal 'Te,' inquit, 'Appi, tuumque  
6 caput sanguine hoc consecro.' Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius comprehendi Verginium iubet. Ille ferro quacumque ibat uiam facere, donec multitudo etiam  
7 prosequentium tuente ad portam perrexit. Icilius Numitoriusque exsanguie corpus sublatum ostentant populo; scelus Appi, puellae infelicem formam, necessitatem patris deplorant. Sequentes clamitant matronae, eamne liberorum procreandorum condicionem, ea pudicitiae praemia esse?—  
8 cetera, quae in tali re muliebris dolor, quo est maestior imbecillo animo, eo miserabilia magis querentibus subicit.  
9 Virorum et maxime Icili uox tota tribuniciae potestatis ac prouocationis ad populum creptae publicarumque indignationum erat.

la sua carica gli conferiva. "Sarà dunque meglio restare quieti" soggiunse; "va', littore, allontana la folla, e fa' largo al padrone perché possa prendersi la sua schiava." Avendo egli pronunciato queste parole con voce tonante, in preda all'ira, la moltitudine fece largo da se stessa, e la fanciulla restò isolata, esposta all'ingiuria. Allora Virginio, quando vide che da nessuna parte gli veniva un aiuto: "Di grazia, Appio," disse "compatisci innanzi tutto il dolore d'un padre, se ho in qualche modo troppo duramente inveito contro di te; consenti poi che qui, in presenza della fanciulla, io chieda alla sua nutrice come stanno le cose, di modo che, se a torto mi si considera suo padre, io me ne vada di qui più rassegnato". Avutone il permesso, conduce la figlia e la nutrice verso il tempio della dea Cloacina, presso le botteghe che oggi sono dette Nuove,<sup>2</sup> e là, strappato il coltello a un macellaio: "Figlia mia," grida "con l'unico mezzo che mi è consentito io ti restituisco la libertà!" Indi trafigge il petto della fanciulla, e, volta verso il tribunale: "Con questo sangue" esclama "io consacro te, Appio, e il tuo capo agli dèi infernali!" Richiamato dal clamore levatosi per sì atroce evento, Appio ordina che si arresti Virginio. Quello, dovunque passava, si apriva una via col ferro, finché, protetto anche dalla moltitudine che lo seguiva, giunse alla porta. Icilio e Numitorio, sollevato il corpo esanguie, lo mostrano al popolo; lamentano la scelleratezza di Appio, la funesta bellezza della fanciulla, l'ineluttabile fato del padre. Li seguivano gridando le matrone: quella era dunque la sorte riservata a chi generava dei figli, quello il premio della pudicizia? E aggiungevano tutte le altre espressioni che in tali circostanze il dolore suggerisce ai femminili lamenti, tanto più tristi quanto più è disperato, per debolezza d'animo, il loro dolore. Gli uomini, e soprattutto Icilio, d'altro non parlavano che della potestà tribunizia, dell'abolizione del diritto di appello al popolo, della generale indignazione.

Liwo Storia di Roma

3.44-48

[1, 1] Inter bellorum magnorum aut vixdum finitorum aut imminenti-  
um curas intercessit res parva dictu sed quae studiis in magnum certamen  
excesserit. [2] M. Fundanius et L. Valerius tribuni plebis ad plebem tu-  
lerunt de Oppia lege abroganda. [3] Tulerat eam C. Oppius tribunus  
plebis Q. Fabio Ti. Sempronio consulibus in medio ardore Punici belli, ne  
qua mulier plus semunciam auri haberet neu vestimento versicolori ute-  
retur neu iuncto vehiculo in urbe oppidove aut propius inde mille passus  
nisi sacrorum publicorum causa veheretur. [4] M. et P. Iunii Bruti tribuni  
plebis legem Oppiam tuebantur nec eam se abrogari passuros aiebant; ad  
suadendum dissuadendumque multi nobiles prodibant; Capitolium turba  
hominum faventium adversantiumque legi complebatur. [5] Matronae nul-  
la nec auctoritate nec verecundia nec imperio virorum contineri limine po-  
terant, omnes vias urbis aditusque in forum obsidebant, viros descendentes  
ad forum orantes ut florente re publica, crescente in dies privata omnium  
fortuna matronis quoque pristinum ornatum reddi paterentur. [6] Auge-  
batur haec frequentia mulierum in dies; nam etiam ex oppidis concilia-  
bulisque conveniebant. [7] Iam et consules praetoresque et alios magi-  
stratus adire et rogare audebant; ceterum minime exorabilem alterum utique  
consulem M. Porcium Catonem habebant, qui pro lege quae abrogabatur  
ita disseruit:

[2, 1] « Si in sua quisque nostrum matre familiae, Quirites, ius et  
maiestatem viri retinere instituisset, minus cum universis feminis negotii  
haberemus: [2] nunc domi victa libertas nostra impotentia muliebri hic  
quoque in foro obteritur et calcatur, et quia singulas sustinere non potui-  
mus universas horremus. [3] Equidem fabulam et fictam rem ducebam  
esse virorum omne genus in aliqua insula coniuratione muliebri ab stirpe  
sublatum esse; [4] ab nullo genere non summum periculum est si coetus  
et concilia et secretas consultationes esse sinas. Atque ego vix statuere  
apud animum meum possum utrum peior ipsa res an peiore exemplo  
agatur; [5] quorum alterum ad nos consules reliquosque magistratus, al-

[1, 1] Tra le preoccupazioni causate da grandi guerre o appena ter-  
minate o sul punto di iniziare si inserì una questione di scarsa importanza  
a dirla ma che, per l'accendersi delle passioni, doveva portare ad una lotta  
accanita. [2] I tribuni della plebe Marco Fundanio e Lucio Valerio pro-  
posero al popolo di abrogare la legge Oppia. [3] L'aveva proposta il tri-  
buno della plebe Caio Oppio sotto il consolato di Quinto Fabio e di Tiberio  
Sempronio, quando divampava la guerra punica. In base a tale legge nessuna  
donna doveva possedere più di una mezza oncia d'oro né indossare vestiti di  
colori sgargianti né circolare in carrozze a pariglie a Roma o in altra città  
o in un raggio di mille passi da esse se non in occasione di pubbliche  
cerimonie religiose. [4] I tribuni della plebe Marco e Publio Giunio Bruto  
difendevano la legge Oppia e affermavano che non ne avrebbero permessa  
l'abrogazione; molti noti personaggi si facevano avanti sostenendo o com-  
battendo la proposta. Il Campidoglio si riempiva di una folla di uomini  
favorevoli o contrari alla legge. [5] Nessuna autorità, nessun senso di pu-  
dore, nessun ordine dei mariti poteva trattenere in casa le donne: esse  
occupavano tutte le strade e le vie d'accesso al foro chiedendo agli uomini  
che si recavano al foro di permettere che, essendo lo stato fiorente, cre-  
scendo di giorno in giorno per tutti il privato benessere, anche alle donne  
venisse concesso di abbigliarsi nel modo consueto. [6] Questo affollarsi di  
donne cresceva di giorno in giorno: difatti arrivavano anche dalle città  
vicine e dai mercati. [7] Già osavano avvicinare e pregare i consoli, i pre-  
tori e gli altri magistrati. Avevano però un inesorabile avversario in almeno  
uno dei consoli, Marco Porcio Catone, il quale così parlò a sostegno della  
legge che si voleva abrogare:

[2, 1] « Se ciascuno di noi, o Quiriti, avesse cominciato a conservare  
nei confronti della madre di famiglia i diritti e l'autorità di marito, ora  
non avremmo delle questioni con tutte quante le donne. [2] Ora, la nostra  
libertà vinta in casa dall'intemperanza delle donne, anche qui nel foro è  
messa sotto i piedi e calpestata; e non essendo riusciti a resistere singo-  
lamente alle nostre donne, dobbiamo temerle tutte insieme. [3] Io cre-  
devo proprio fosse una favola quella degli uomini completamente soppressi,  
in un'isola, da una congiura di donne; [4] ma non c'è nessun genere di  
viventi che non possa costituire un gravissimo pericolo se gli si permette  
di riunirsi in assemblea, di consultarsi e di decidere segretamente. Io per  
me duro fatica a stabilire se il fatto sia peggiore di per sé o per l'esempio  
che dà: [5] il primo aspetto riguarda noi consoli e gli altri magistrati, il

terum ad vos, Quirites, magis pertinent. Nam utrum e re publica sit necne id quod ad vos fertur, vestra existimatio est qui in suffragium ituri estis. [6] Haec consternatio muliebris, sive sua sponte sive auctoribus vobis, M. Fundani et L. Valeri, facta est, haud dubie ad culpam magistratuum pertinens, nescio vobis, tribuni, an consulibus magis sit deformis: [7] vobis, si feminas ad concitandas tribunicias seditiones iam adduxistis; nobis, si ut plebis quondam sic nunc mulierum secessione leges accipiendae sunt. [8] Equidem non sine rubore quodam paulo ante per medium agmen mulierum in forum perveni. Quod nisi me verecundia singularum magis maiestatis et pudoris quam universarum tenuisset, ne compellatae a consule viderentur, dixissem: [9] « Qui hic mos est in publicum procurrendi et obsidendi vias et viros alienos appellandi? Istud ipsum suos quaeque domi rogare non potuistis? [10] An blandiores in publico quam in privato et alienis quam vestris estis? Quamquam ne domi quidem vos, si sui iuris finibus matronas contineret pudor, quae leges hic rogarentur abrogarentur curate decuit ». [11] Maiores nostri nullam, ne privatam quidem rem agere feminas sine tutore auctore voluerunt, in manu esse parentium, fratrum, virorum: nos, si diis placet, iam etiam rem publicam capessere eas patimur et foro prope et contionibus et comitiis immisceri. [12] Quid enim nunc aliud per vias et compita faciunt quam rogationem tribunorum plebi suadent, quam legem abrogandam censent? [13] Date frenos impotenti naturae et indomito animali et sperate ipsas modum licentiae facturas: [14] nisi vos facietis, minimum hoc eorum est quae iniquo animo feminae sibi aut moribus aut legibus iniuncta patiuntur. Omnium rerum libertatem, immo licentiam, si vere dicere volumus, desiderant. Quid enim, si hoc expugnaverint, non temptabunt?

[3, 1] Recensete omnia muliebria iura quibus licentiam earum adligaverint maiores vestri per quaeque subiecerint viris; quibus omnibus constrictas vix tamen continere potestis. [2] Quid? Si carpere singula et extorquere et exaequari ad extremum viris patiemini, tolerabiles vobis eas fore creditis? Extemplo simul pares esse coeperint, superiores erunt. [3] At hercule ne quid novum in eas rogetur recusant, non ius sed iniuriam deprecantur: [4] immo ut quam accepistis iussistis suffragiis vestris legem, quam usu tot annorum et experiendo comprobastis, hanc ut abrogetis, id est, ut unam tollendo legem ceteras infirmetis. [5] Nulla lex satis commoda omnibus est: id modo quaeritur, si maiori parti et in summam prodest. Si quod cuique privatim officiet ius, id destruet ac demolietur, quid attinebit

secondo riguarda maggiormente voi, Quiriti. Se infatti la proposta che vi viene presentata sia o no conforme agli interessi dello stato dovete giudicarla voi, che state per andare a votare. [6] Quanto a questa sollevazione di donne, si sia essa prodotta spontaneamente o sia stata provocata da voi, Marco Fundanio e Lucio Valerio, essa chiama indubbiamente in causa la responsabilità dei magistrati e non so se sia motivo di vergogna più per voi, tribuni, o per voi, o per i consoli. [7] Per voi, se avete condotto le donne per provocare sedizioni tribunicie, per noi se dovremo ora accettare condizioni da una rivolta di donne come un tempo dalla secessione della plebe. [8] Certo non senza arrossire, poco fa, dovetti farmi strada tra una folla di donne per giungere al foro. Che se il rispetto della dignità e dell'onore di ciascuna di esse, più che di tutte quante riunite, non mi avesse trattenuto, ad evitare che si vedessero energicamente rimproverate dal console, io avrei detto: [9] – Che usanza è questa di correr fuori in pubblico, di sbarrare le strade, di rivolgerle la parola a uomini a voi estranei? Queste stesse richieste non potevate rivolgerle ciascuna in casa al proprio marito? [10] O sapete usare maggiore blandizia in pubblico che in privato, con gli estranei che coi vostri mariti? Del resto neppure in casa sarebbe per voi conveniente interessarvi delle leggi di cui qui si propone l'approvazione o l'abrogazione, se il ritegno trattenesse le donne nei limiti dei loro diritti –. [11] I nostri antenati vollero che le donne non trattassero alcun affare, nemmeno privato, senza la garanzia di un tutore, che rimanesse sotto il controllo dei padri, dei fratelli, dei mariti; noi, se così piace agli dèi, lasciamo ormai che si occupino anche di politica, che prendano parte alla vita del foro, alle pubbliche riunioni, alle elezioni. [12] Che altro fanno ora, per le vie e nei crocicchi, che difendere la proposta dei tribuni della plebe e sostenere che la legge va abrogata? [13] Allentate il freno a nature così intemperanti, a esseri così riottosi, e sperate pure che imporranno esse un limite alla loro licenza! [14] Se non lo farete voi, questo non è che uno, e dei minori, tra i freni che le donne mal sopportano di vedersi imporre dalle usanze o dalle leggi. Ciò che desiderano è la libertà, o, se vogliamo chiamar le cose col loro nome, la licenza in tutti i campi. Che cosa non tenteranno, se otterranno questo?

[3, 1] Passate in rassegna tutte le leggi riguardanti le donne, leggi con le quali i vostri antenati cercarono di infrenarne la licenza e per mezzo delle quali le resero sottomesse ai mariti: pur legate da tutte queste leggi a malapena riuscite a contenerle. [2] E che? Se permetterete loro di ottenere una concessione dopo l'altra, di strapparvele e di essere infine uguali agli uomini, pensate che sarebbero per voi sopportabili? Subito, appena cominceranno ad essere vostre pari, saranno a voi superiori. [3] Ma, si dirà, esse respingono i provvedimenti nuovi, non l'applicazione della legge, ma la sua violazione vogliono scongiurare. [4] Nulla di tutto ciò: vogliono che abroghiate una legge che avete accettato, resa operante coi vostri voti, di cui avete riconosciuto la bontà in tanti anni di applicazione e di esperienza, che cioè, abolendo una legge, infirmiate tutte le altre. [5] Nessuna legge è ugualmente vantaggiosa per tutti: questo soltanto si deve vedere, se è utile alla maggioranza su un piano generale. Se ogni norma che dan-

universos rogare leges quas mox abrogare in quos latae sunt possint? [6] Volo tamen audire quid sit propter quod matronae consternatae procucurrerint in publicum ac vix foro se et contione abstineant. [7] Ut captivi ab Hannibale redimantur parentes, viri, liberi, fratres earum? Procul abest absitque semper talis fortuna rei publicae; sed tamen, cum fuit, negastis hoc piis precibus earum. [8] At non pietas nec sollicitudo pro suis sed religio congregavit eas: matrem Idacam a Pessinunte ex Phrygia venientem accepturae sunt. Quid honestum dictu saltem seditioni praetenditur muliebri? [9] « Ut auro et purpura fulgamus » inquit, « ut carpentis festis profestisque diebus, velut triumphantes de lege victa et abrogata et captis ereptis suffragiis vestris, per urbem vectemur; ne ullus modus sumptibus, ne luxuriae sit ».

[4, 1] Saepe me querentem de feminarum, saepe de virorum nec de privatorum modo sed etiam magistratum sumptibus audistis, [2] diversisque duobus vitiis, avaritia et luxuria, civitatem laborare, quae pestes omnia magna imperia everterunt. [3] Haec ego, quo melior laetiorque in dies fortuna rei publicae est, quo magis imperium crescit – et iam in Graeciam Asiamque transcendimus omnibus libidinum inlecebris repletas et regias etiam adtrectamus gazas –, eo plus horreo, ne illae magis res nos ceperint quam nos illas. [4] Infesta, mihi credite, signa ab Syracusis inlata sunt huic urbi. Iam nimis multos audio Corinthi et Athenarum ornamenta laudantes mirantesque et antefixa fictilia deorum Romanorum ridentes. [5] Ego hos malo propitios deos et ita spero futuros, si in suis manere sedibus patiemur. [6] Patrum nostrorum memoria per legatum Cineam Pyrrhus non virorum modo sed etiam mulierum animos donis temptavit. Nondum lex Oppia ad coercendam luxuriam muliebrem lata erat; tamen nulla accepit. [7] Quam causam fuisse censetis? Eadem fuit quae maioribus nostris nihil de hac re lege sanciundi: nulla erat luxuria quae coereretur. [8] Sicut ante morbos necesse est cognitos esse quam remedia eorum, sic cupiditates prius natae sunt quam leges quae iis modum facerent. [9] Quid legem Liciniam excitavit de quingentis iugeribus nisi ingens cupido agros continuandi? Quid legem Cinciam de donis et muneribus nisi quia vectigalis iam et stipendiaria plebs esse senatui coeperat? [10] Itaque minime mirum est nec Oppiam nec aliam ullam tum legem desideratam esse quae modum sumptibus mulierum faceret, cum aurum et purpuram data et oblata ultro non accipiebant. [11] Si nunc cum illis donis Cineas urbem circumiret, stantes in publico invenisset quae acciperent. [12] Atque ego nonnullarum cupiditatum ne causam quidem aut rationem inire possum. Nam ut quod alii liceat tibi non licere aliquid fortasse na-

neggia l'interesse particolare di qualcuno viene da lui abbattuta e annullata, a che scopo i cittadini tutti approveranno delle leggi che subito possano essere abrogate da coloro contro i quali sono state proposte? [6] Voglio tuttavia sentir dire il motivo per cui le donne in tumulto si sono precipitate per strada e a fatica si tengono lontane dal foro e dalle riunioni pubbliche. [7] Forse perché si riscattino da Annibale i loro padri, mariti, figli, fratelli prigionieri? È lontana (e possa rimanerle sempre) una tale sventura dallo stato; ma anche quando tale sventurata circostanza si produsse voi non avete ceduto alle loro preghiere. [8] Ma forse non la pietà né la sollecitudine per i loro cari, bensì la religione le ha riunite: vogliono ricevere la Madre Idea che arriva dalla Frigia, da Pessinunte. Di qual pretesto onorevole, almeno a parole, si ammanta questa sedizione di donne? [9] – Per poter risplendere d'oro e di porpora – dicono – per poter andare in carrozza per la città nei giorni festivi e non festivi, come per trionfare della legge sconfitta e abrogata e dei voti a voi conquistati e strappati; perché non vi sia più alcun limite al lusso, alle spese.

[4, 1] Spesso mi avete udito deplorare le spese delle donne, spesso quelle degli uomini, e non solo di privati ma anche dei magistrati, [2] e lamentare che la città è afflitta da due opposti vizi, l'avarizia e il lusso, due flagelli che sempre rovinano tutti i più grandi imperi. [3] Tanto più essi mi fanno paura quanto più favorevoli e positive si fanno di giorno in giorno le sorti dello stato e si accresce il nostro dominio. Siamo già passati in Grecia e in Asia, paesi pieni di ogni genere di allettamento delle passioni, e mettiamo le mani persino sulle ricchezze dei re: temo che tali ricchezze si siano impadronite di noi più che noi di loro. [4] Nemiche, credetemi, sono le statue portate da Siracusa in questa città. Già troppi io sento lodare e ammirare le opere d'arte di Corinto e di Atene e ridere delle antefisse di terracotta degli dèi romani. [5] Io preferisco avere propizi questi dèi, e spero lo saranno sempre, se li lasceremo rimanere nelle loro dimore. [6] Come ricordano i nostri padri Pirro tentò con doni, per mezzo dell'ambasciatore Cineas, l'animo non solo degli uomini ma anche delle donne. Non era stata ancora proposta la legge Oppia per limitare il lusso femminile, tuttavia nessuna accettò i doni. [7] Quale pensate ne sia stato il motivo? Lo stesso che aveva indotto i nostri antenati a non stabilire per legge nessuna pena al riguardo: non c'era alcun lusso da frenare. [8] Come è necessario che le malattie siano conosciute prima dei loro rimedi, così le passioni nacquero prima delle leggi destinate a moderarle. [9] Che cosa ha provocato la legge Licinia dei cinquecento iugeri se non lo smodato desiderio di ampliare le proprietà? E la legge Cincias sui doni e sui regali, che cosa l'ha provocata se non il fatto che la plebe aveva già cominciato ad essere tributaria del senato? [10] Non c'è pertanto nulla da meravigliarsi se non si sentiva la necessità né della legge Oppia né di altre che limitassero le spese femminili quando di propria volontà le donne rifiutavano la porpora che veniva loro offerta in dono. [11] Se ora Cineas girasse per la città con quei doni le troverebbe in piedi per le strade a riceverli. [12] Io poi di certe passioni non riesco neppure a capire il motivo o la ragione. Ammesso infatti che, nel caso in cui qualcosa che è lecito ad altri non sia



turalis aut pudoris aut indignationis habeat, sic aequato omnium cultu quid unaquaeque vestrum veretur ne in se conspiciatur? [13] Pessimus quidem pudor est vel parsimoniae vel paupertatis; sed utrumque lex vobis demit cum id quod habere non licet non habetis. [14] « Hanc » inquit « ipsam exaequationem non fero » illa locuples. « Cur non insignis auro et purpura conspicior? Cur paupertas aliarum sub hac legis specie latet, ut quod habere non possunt habiturae, si liceret, fuisse videantur? » [15] Vultis hoc certamen uxoribus vestris inicere, Quirites ut divites id habere velint quod nulla alia possit, pauperes ne ob hoc ipsum contemnantur, supra vires se extendant? [16] Ne eas simul pudere quod non oportet coeperit, quod oportet non pudebit. Quae de suo poterit, parabit: quae non poterit, virum rogabit. [17] Miserum illum virum, et qui exoratus et qui non exoratus erit, cum quod ipse non dederit datum ab alio videbit. [18] Nunc volgo alienos viros rogant et, quod maius est, legem et suffragia rogant et a quibusdam impetrant. Adversus te et rem tuam et liberos tuos exorabilis es: simul lex modum sumptibus uxoris tuae facere desierit, tu nunquam facies. [19] Nolite eodem loco existimare, Quirites, futuram rem quo fuit antequam lex de hoc ferretur. [20] Et hominem improbum non accusari tutius est quam absolvi, et luxuria non mota tolerabilior esset quam erit nunc, ipsis vinculis sicut ferae bestiae inritata, deinde emissa. [21] Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo: vos quod faxitis, deos omnes fortunare velim ».

[5, 1] Post haec tribuni quoque plebi qui se intercessuros professi erant, cum pauca in eandem sententiam adiecissent, tum L. Valerius pro rogatione ab se promulgata ita disseruit: « Si privati tantummodo ad suadendum dissuadendumque id quod ab nobis rogatur processissent, ego quoque, cum satis dictum pro utraque parte existimarem, tacitus suffragia vestra expectassem: [2] nunc cum vir clarissimus, consul M. Porcius, non auctoritate solum, quae tacita satis momenti habuisset, sed oratione etiam longa et accurata insectatus sit rogationem nostram, necesse est paucis respondere. [3] Qui tamen plura verba in castigandis matronis quam in rogatione nostra dissuadenda consumpsit, et quidem ut in dubio poneret utrum id quod reprehenderet matronae sua sponte an nobis auctoribus fecissent. [4] Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hoc consul verbo tenus quam ut re insimularet. [5] Coetum et seditionem et interdum secessionem muliebrem appellavit quod matronae in publico vos rogassent ut legem in se latam per bellum temporibus duris in pace et florenti ac beata re publica abrogaretis. [6] Verba magna quae rei augendae causa conquirantur et haec et alia esse scio, et M. Catonem oratorem non solum

lecito a te, ciò possa essere motivo di vergogna o di irritazione, quando invece l'abbigliamento è reso uguale per tutte perché ciascuna di voi teme di farsi notare per questo? [13] È bruttissimo vergognarsi della povertà o del senso del risparmio; ma la legge vi libera da questa duplice vergogna, dal momento che non possedete ciò che la legge vi impedisce di possedere. [14] « Ma – dice quella ricca – proprio questa eguaglianza io non sopporto. Perché non dovrei farmi ammirare per il mio oro e per la mia porpora? Perché la povertà delle altre si cela sotto le apparenze di questa legge, in modo da sembrare che ciò che non possono avere, se la legge lo consentisse lo avrebbero? » [15] Volete, o Quiriti, provocare tra le vostre donne questa rivalità, per cui le ricche vogliono possedere ciò che nessun'altra può avere, le povere, per non essere disprezzate per tale motivo, si sforzano oltre le proprie possibilità? [16] Certo non appena esse cominceranno a trovare vergognoso ciò che non deve esserlo, non troveranno più vergognoso ciò che deve esserlo. Quella che lo potrà acquirerà col suo denaro; quella che non potrà, chiederà al marito. [17] Infelice quel marito, sia quello che acconsentirà, sia quello che non acconsentirà, quando vedrà dato da un altro ciò che lui non darà. [18] Oggi esse chiedono in pubblico a uomini estranei e, quel che è peggio, chiedono voti per una legge e da alcuni li ottengono. Abbi compassione di te, del tuo patrimonio, dei tuoi figli: non appena la legge non porrà più un limite alle spese di tua moglie non potrai certo mettercelo tu. [19] Non crediate o Quiriti che la situazione ritorni quale era prima che fosse proposta una legge al riguardo. [20] Un uomo malvagio è meglio non accusarlo che assolverlo, e analogamente il lusso non provocato sarebbe più tollerabile di quello che sarà ora, irritato dalle catene stesse, come una bestia feroce, e poi lasciato libero. [21] Io non ritengo assolutamente che la legge Oppia vada abrogata: ciò che voi farete, auguro che gli dèi lo facciano riuscire ».

[5, 1] Dopo di ciò, avendo aggiunto poche parole nello stesso senso anche i tribuni della plebe che avevano dichiarato di opporsi alla proposta, Lucio Valerio così parlò in difesa del progetto da lui presentato: « Se a parlare pro o contro la nostra proposta si fossero fatti avanti soltanto dei privati io, ritenendo che si fosse detto abbastanza nell'uno e nell'altro senso, avrei atteso il vostro voto senza più prendere la parola; [2] ora però che un uomo così illustre come il console Marco Porcio si è schierato contro la nostra proposta non solo con la sua autorità, che anche senza le sue parole avrebbe avuto peso notevole, ma con un lungo ed elaborato discorso, è necessario rispondere brevemente. [3] Egli ha però speso più parole nel rimproverare le donne che nel combattere la nostra proposta, fino a mettere in dubbio se l'atteggiamento che loro rimproverava fosse spontaneo o da noi provocato. [4] Tale comportamento io voglio difendere, non la mia persona, contro la quale il console si è scagliato più con parole che con accuse fondate. [5] Ha chiamato assembramento, sedizione e talvolta secessione delle donne il fatto che esse vi abbiano chiesto in pubblico di abrogare ora, in pace e mentre lo stato è prospero e felice, una legge promulgata contro di loro durante la guerra, in tempi difficili. [6] Io so che questi e altri del genere sono paroloni ricercati per ampliare la que-

gravem sed interdum etiam truem esse scimus omnes, cum ingenio sit mitis. [7] Nam quid tandem novi matronae fecerunt, quod frequentes in causa ad se pertinente in publicum processerunt? Nunquam ante hoc tempus in publico apparuerunt? Tuas adversus te Origines revolvam. [8] Accipe quotiens id fecerint, et quidem semper bono publico. Iam a principio, regnante Romulo, cum Capitolio ab Sabinis capto medio in foro signis conlatis dimicaretur, nonne intercursum matronarum inter acies duas proelium sedatum est? [9] Quid? Regibus exactis cum Coriolano Marcio duce legiones Volscorum castra ad quintum lapidem posuissent, nonne id agmen quo obruta haec urbs esset matronae averterunt? Iam urbe capta a Gallis aurum quo redempta urbs est nonne matronae consensu omnium in publicum contulerunt? [10] Proximo bello, ne antiqua repetam, nonne et, cum pecunia opus fuit, viduarum pecuniae adiuverunt aerarium et, cum di quoque novi ad opem ferendam dubiis rebus accenserentur, matronae universae ad mare profectae sunt ad matrem Idaeam accipiendam? [11] Dissimiles, inquis, causae sunt. Nec mihi causas aequare propositum est: nihil novi factum purgare satis est. [12] Ceterum quod in rebus ad omnes pariter viros feminas pertinentibus fecisse eas nemo miratus est, in causa propria ad ipsas pertinente miramur fecisse? [13] Quid autem fecerunt? Superbas, me dius fidius, aures habemus si, cum domini servorum non fastidiant preces, non rogari ab honestis feminis indignamur!

[6, 1] Venio nunc ad id de quo agitur. In quo duplex consulis oratio fuit; nam et legem ullam omnino abrogari est indignatus et eam praecipue legem quae luxuriae muliebris coercendae causa lata esset. [2] Et illa communis pro legibus visa consularis oratio est, et haec adversus luxuriam severissimis moribus conveniebat; [3] itaque periculum est, nisi quid in utraque re vani sit docuerimus, ne quis error vobis offundatur. [4] Ego enim quemadmodum ex iis legibus quae non in tempus aliquod sed perpetuae utilitatis causa in aeternum latae sunt nullam abrogari debere fateor, nisi quam aut usus coarguit aut status aliquis rei publicae inutilem fecit, [5] sic quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales, ut ita dicam, et temporibus ipsis mutabiles esse video. [6] Quae in pace latae sunt, plerumque bellum abrogat, quae in bello, pax, ut in navis administratione alia in secunda, alia in adversa tempestate usui sunt. [7] Haec cum ita natura distincta sint, ex utro tandem genere ea lex esse videtur quam abrogamus? Numquae vetus? Regia lex simul cum ipsa urbe nata [8] aut, quod se-

stione, e so che Marco Catone è un oratore non solo deciso ma a volte persino feroce, pur essendo la sua indole mite. [7] Che cosa infine hanno fatto di tanto inusitato le donne mostrandosi numerose in pubblico per un affare che le riguardava? Non si sono mai mostrate in pubblico prima d'ora? Sfoglierò contro di te le tue Origini. [8] Ascolta quante volte l'hanno fatto, e sempre per il bene comune. Fin dall'inizio, sotto il regno di Romolo, quando, occupato il Campidoglio dai Sabini, si combatteva nel foro una battaglia regolare, la battaglia non fu forse interrotta dalle donne accorse tra le due schiere? [9] E che? Dopo la cacciata dei re quando, sotto la guida di Marco Coriolano, le legioni dei Volsci si erano accampate a cinque miglia da Roma, non furono le donne ad allontanare da Roma quell'esercito dal quale questa città sarebbe stata distrutta? E poi quando la città fu conquistata dai Galli, non furono le donne a dare per lo stato, di comune accordo, il denaro che la riscattò? [10] Nell'ultima guerra, per non andare in cerca di antichi episodi, quando ci fu bisogno di denaro, non fu il denaro delle vedove a venire in aiuto dell'erario, e quando si andava anche in cerca di nuove divinità perché ci soccorressero in una così difficile situazione, non andarono forse le donne, tutte quante, sulla sponda del mare per accogliere la Madre dell'Ida? [11] Le questioni, tu dici, sono diverse. Né io voglio metterle sullo stesso piano; mi è sufficiente discolparle dall'accusa di aver fatto qualcosa di nuovo. [12] E poi ciò che nessuno si è meravigliato esse abbiano fatto in una questione che interessava tutti egualmente, uomini e donne, ci meravigliamo lo abbiamo fatto ora in una questione che particolarmente le riguarda? [13] E in fondo che cosa hanno fatto? In fede mia abbiamo orecchie davvero superbe se mentre i padroni non mostrano fastidio delle suppliche dei servi noi ci sdegnamo per le domande di donne oneste.

[6, 1] Vengo ora alla nostra questione. In proposito due sono state le argomentazioni del console: si è sdegnato per l'abrogazione di una qualsiasi legge in generale, e poi di quella legge che venne votata per frenare il lusso femminile in particolare. [2] E quel discorso a difesa delle leggi in generale è sembrato ben degno di un console, mentre quello particolare contro il lusso ben si addiceva alla sua estrema severità di costumi; [3] esiste perciò il rischio che, se non vi mostreremo le manchevolezze delle due argomentazioni, qualche errore vi offuschi la vista. [4] Io difatti come ammetto che di quelle leggi che sono state votate per sempre, non per una circostanza particolare ma per motivi di utilità permanente, nessuna deve essere abrogata, a meno che l'esperienza l'abbia condannata o una determinata condizione della cosa pubblica l'abbia resa inutile, [5] così vedo che le leggi richieste da circostanze particolari sono, per così dire, mortali, e possono mutare col mutare delle circostanze. [6] Le leggi votate in tempo di pace di solito la guerra le fa abrogare, quelle votate in tempo di guerra le fa abrogare la pace, così come nel governo della nave certe manovre sono necessarie quando il tempo è favorevole, certe altre quando è avverso. [7] Poiché questa ne è la naturale divisione, di che tipo infine sembra essere la legge che vogliamo abrogare? È forse una legge antica? Una legge dell'epoca dei re nata contemporaneamente alla città [8] oppure (questo

cundum est, ab decemviris ad condenda iura creatis in duodecim tabulis scripta, sine qua cum maiores nostri non existimarent decus matronale servari posse, nobis quoque verendum sit ne cum ea pudorem sanctitatemque feminarum abrogemus? [9] Quis igitur nescit novam istam legem esse, Q. Fabio et Ti. Sempronio consulibus viginti ante annis latam? Sine qua cum per tot annos matronae optimis moribus vixerint, quod tandem ne abrogata ea effundantur ad luxuriam periculum est? [10] Nam si ista lex vetus aut ideo lata esset ut finiret libidinem muliebrem, verendum foret ne abrogata incitaret: cur sit autem lata, ipsum indicabit tempus. [11] Hannibal in Italia erat; victor ad Cannas; iam Tarentum, iam Arpos, iam Capuam habebat; ad urbem Romam admoturus exercitum videbatur; [12] defecerant socii; non milites in supplementum, non socios navales ad classem tuendam, non pecuniam in aerario habebamus; servi quibus arma darentur ita ut pretium pro iis bello perfecto dominis solveretur emebantur; [13] in eandem diem pecuniae frumentum et cetera quae belli usus postulabant praebenda publicani se conducturos professi erant; servos ad remum numero ex censu constituto cum stipendio nostro dabamus; [14] aurum et argentum omne ab senatoribus eius rei initio orto in publicum conferebamus; viduae et pupilli pecunias suas in aerarium deferebant; cautum erat quo ne plus auri et argenti facti, quo ne plus signati argenti et aeris domi haberemus — [15] tali tempore in luxuria et ornatu matronae occupatae erant, ut ad eam coercendam Oppia lex desiderata sit, cum quia Cereris sacrificium lugentibus omnibus matronis intermissum erat, senatus finire luctum triginta diebus iussit? [16] Cui non apparet inopiam et miseriam civitatis, quia omnium privatorum pecuniae in usum publicum vendendae erant, istam legem scripsisse tam diu mansuram quam diu causa scribendae legis mansisset? [17] Nam si quae tunc temporis causa aut decrevit senatus aut populus iussit in perpetuum servari oportet, cur pecunias reddimus privatis? Cur publica praesenti pecunia locamus? [18] Cur servi qui militent non emuntur? Cur privati non damus remiges sicut tunc dedimus?

[7, 1] Omnes alii ordines, omnes homines mutationem in meliorem statum rei publicae sentient: ad coniuges tantum nostras pacis et tranquillitatis publicae fructus non perveniet? [2] Purpura viri utemur, praetextatis in magistratibus, in sacerdotiis; liberi nostri praetextis purpura togis utentur; magistratibus in coloniis municipisque, hic Romae infimo generi, magistris vicorum, togae praetextae habendae ius permittemus, [3] nec id ut vivi solum habeant insigne sed etiam ut cum eo crementur mortui: feminis dumtaxat purpurae usu interdicemus? Et cum tibi viro liceat purpura in

viene subito dopo) scritta nelle dodici tavole dai decemviri nominati per fondare il diritto, una legge senza la quale i nostri antenati giudicarono non potersi salvaguardare l'onore delle donne, per cui anche noi dovremmo temere di abrogare, insieme ad essa, il pudore e la castità delle donne? [9] Ma chi ignora che questa è una legge recente, votata venti anni fa sotto il consolato di Quinto Fabio e di Tiberio Sempronio? E visto che per tanti anni senza di essa le donne sono vissute con ottimi costumi, che pericolo c'è, infine, che una volta abrogata si lascino andare a un lusso eccessivo? [10] Se codesta legge fosse antica o se fosse stata votata per porre un freno ai desideri femminili ci sarebbe da temere di acuirli abrogandola; ma il motivo per cui fu votata ce lo indicheranno le circostanze medesime. [11] Annibale era in Italia, aveva vinto a Canne, occupava già Taranto, Arpi, Capua; sembrava stesse per far marciare l'esercito contro Roma; [12] gli alleati avevano defezionato; non avevamo soldati di ricalzo, non alleati navali per armare la flotta, non denaro nell'erario; si compravano, per armarli, degli schiavi, con l'intesa che il loro prezzo sarebbe stato pagato ai padroni a guerra finita; [13] i pubblicani si erano impegnati a prendere l'appalto delle forniture di frumento e di tutto ciò che era necessario per la guerra dietro pagamento alla medesima scadenza; ciascuno di noi forniva, in base al proprio censo, un numero stabilito di schiavi rematori, pagandone il soldo; [14] tutto l'oro e l'argento, secondo l'esempio dato dai senatori, lo versavamo allo stato; le vedove e i pupilli davano il loro denaro all'erario; si era fissato il limite massimo d'oro e d'argento lavorato, di argento e di bronzo in monete che potevamo tenere in casa. [15] In tali circostanze le donne si preoccupavano forse del lusso e dei loro ornamenti, in modo che si sentisse il bisogno della legge Oppia per limitarlo, quando, siccome la festa di Cerere era stata interrotta perché tutte le donne piangevano, il senato ordinò di limitare il lutto a trenta giorni? [16] Chi non vede che questa legge fu scritta dal bisogno e dalla miseria della città, poiché tutto il denaro dei privati doveva essere messo a disposizione delle pubbliche necessità, e che essa avrebbe dovuto durare finché fosse durato il motivo che l'aveva fatta redigere? [17] Che se ogni decreto del senato, ogni pubblica decisione presa allora a causa delle circostanze dovesse essere mantenuta in vigore in eterno, perché restituiamo il denaro ai privati? Perché paghiamo le forniture pubbliche per contanti? [18] perché non si comprano schiavi per farne dei soldati? Perché noi privati non forniamo i rematori come allora li fornimmo?

[7, 1] Tutte le altre categorie, tutti gli uomini sperimenteranno il miglioramento della situazione pubblica; soltanto alle nostre spose non toccherà il frutto della pace e della tranquillità dello stato? [2] Noi uomini faremo uso della porpora sulle nostre preteste di magistrati, di sacerdoti; i nostri figli useranno la porpora nelle loro toghe preteste; concederemo il diritto di portare la porpora ai magistrati nelle colonie e nei municipi, e qui in Roma a quelli di rango più basso, i magistrati dei quartieri, [3] e in modo che non solo abbiano tale segno distintivo da vivi, ma siano anche cremati con quello: soltanto alle donne proibiremo l'uso della porpora? E mentre tu, sposo, potrai usare la porpora per una gualdrappa, non per-

vestem stragulam uti, matrem familiae tuam purpureum amiculum habere non sines, et equus tuus speciosius instratus erit quam uxor vestita? [4] Sed in purpura, quae teritur absumitur, iniustam quidem sed aliquam tamen causam tenacitatis video; in auro vero, in quo praeter manupretium nihil intertrimenti fit, quae malignitas est? Praesidium potius in eo est et ad privatos et ad publicos usus, sicut experti estis. [5] Nullam aemulationem inter se singularum, quoniam nulla haberet, esse aiebat. At hercule universis dolor et indignatio est, cum sociorum Latini nominis uxoribus vident ea concessa ornamenta quae sibi adempta sint, [6] cum insignes eas esse auro et purpura, cum illas vehi per urbem, se pedibus sequi, tamquam in illarum civitatibus non in sua imperium sit. [7] Virorum hoc animos vulnerare posset: quid muliercularum censetis, quas etiam parva movent? [8] Non magistratus nec sacerdotia nec triumphi nec insignia nec dona aut spolia bellica iis contingere possunt: [9] munditiae et ornatus et cultus, haec feminarum insignia sunt, his gaudent et gloriantur, hunc mundum muliebrem appellarunt maiores nostri. [10] Quid aliud in luctu quam purpuram atque aurum deponunt? Quid cum eluxerunt sumunt? Quid in gratulationibus supplicationibusque nisi excellentiorem ornatum adiciunt? [11] Scilicet, si legem Oppiam abrogaritis, non vestri arbitrii erit si quid eius vetare volueritis quod nunc lex vetat: minus filiae, uxores, sorores etiam quibusdam in manu erunt. [12] Nunquam salvis suis exiit servitus muliebris, et ipsae libertatem quam viduitas et orbitas facit detestantur. [13] In vestro arbitrio suum ornatum quam in legis malunt esse; et vos in manu et tutela, non in servitio debetis habere eas et malle patres vos aut viros quam dominos dici. [14] Invidiosis nominibus utebatur modo consul seditionem muliebrem et secessionem appellando. Id enim periculum est ne Sacrum montem, sicut quondam irata plebs, aut Aventinum capiant! [15] Patiendum huic infirmitati, est, quodcumque vos censueritis, quo plus potestis, eo moderatius imperio uti debetis».

[8, 1] Haec cum contra legem proque lege dicta essent, aliquanto maior frequentia mulierum postero die sese in publicum effudit [2] unoque agmine omnes Brutorum ianuas obsederunt, qui collegarum rogationi intercedebant, nec ante abstiterunt quam remissa intercessio ab tribunis est. [3] Nulla deinde dubitatio fuit quin omnes tribus legem abrogarent. Viginti annis post abrogata est quam lata.

metterai che la tua sposa abbia un mantelletto di porpora, e il tuo cavallo sarà bardato con un lusso maggiore di quello dei vestiti di tua moglie? [4] Ma per quanto riguarda la porpora che si logora, si consuma, vedo ancora un motivo, per quanto ingiusto, di economia; ma per l'oro che, a parte il pregio della lavorazione, non perde nulla, che avarizia è mai questa? Esso è piuttosto, come avete sperimentato, una garanzia per le necessità pubbliche e private. [5] Diceva Catone che non c'è rivalità personale tra le donne perché nessuna possiede nulla. Ma, per Ercole, provano tutte quante dolore e indignazione quando vedono concessi alle donne degli alleati latini quegli ornamenti di cui esse sono state private, [6] quando le vedono risplendere d'oro e di porpora, andare in carrozza per la città mentre esse seguono a piedi, come se nella città di quelle, non nella propria fosse la sede dell'impero. [7] Ciò potrebbe ferire l'animo degli uomini; che pensate delle donnette che basta un nulla a impressionare? [8] Non magistrature né sacerdozi né trionfi né insegne militari né premi o bottino di guerra possono loro toccare; [9] la raffinatezza, i monili, gli ornamenti: queste sono le insegne delle donne, di queste godono e si vantano, questa i nostri antenati chiamarono eleganza femminile. [10] Che altro depongono quando sono in lutto, oltre alla porpora e all'oro? Che cosa riprendono quando il lutto è finito? Che cosa mettono di diverso in occasione di pubblici rendimenti di grazie, di pubbliche preghiere, all'infuori di un abbigliamento più elegante? [11] Evidentemente se abrogherete la legge Oppia non vi sarà più possibile vietare loro come vorrete, a vostro arbitrio, qualcuna delle cose ora vietate dalla legge: figlie, mogli, sorelle anche, per alcuni, non vi saranno più così sottomesse! [12] Le donne non escono mai di schiavitù, finché i loro uomini sono in vita; ed esse medesime detestano una libertà che è dovuta alla condizione di vedove o di orfane. [13] Preferiscono che il loro modo di abbigliarsi dipenda da voi piuttosto che da una legge; e voi dovete tenerle sotto il vostro controllo e la vostra protezione, non in istato di schiavitù, e dovete preferire di essere chiamati padri e mariti piuttosto che padroni. [14] Il console si serviva poco fa di parole adatte a provocare la vostra avversione, parlando di sedizione e secessione delle donne. C'è davvero pericolo che occupino il Monte Sacro, come altra volta la plebe spinta dall'ira, oppure l'Aventino! [15] Sono costrette ad accettare, nella loro debolezza, tutto quello che voi deciderete. Quanto maggiore è la vostra forza, tanto maggiore deve essere la moderazione nell'uso del vostro potere».

[8, 1] Dopo questi discorsi pro e contro la legge il giorno successivo una folla ancora più grande di donne si riversò per le strade [2] e tutte insieme assediavano le porte dei Bruti, che si opponevano alla proposta dei colleghi; non desistettero prima che dai tribuni fosse ritirata l'opposizione. [3] Non ci fu quindi più alcun dubbio che tutte le tribù avrebbero abrogato la legge. La legge fu abrogata vent'anni dopo la sua approvazione

Lilio, Storie di Roma

34.1.1-8.1